

1

I DIVERSI COSTUMI DEI GRECI NON DEVONO SCANDALIZZARCI

NEPOTE

Pronomi relativi, dimostrativi, determinativi, indefiniti, interrogativi; verbi deponenti, verbi assolutamente impersonali; proposizioni dubitative, relative, infinitive, causali; periodo ipotetico; gerundivo, participio

All'inizio del suo *Liber de excellentibus ducibus exterarum gentium*, *Cornelio Nepote* osserva che la moralità degli usi e dei costumi di un popolo va giudicata a partire dalle istituzioni e dalla tradizione di quel popolo stesso. Perciò, ciò che può essere considerato immorale per un romano, non lo è necessariamente anche per un greco, e viceversa.

Non dubito fore nonnullos qui, expertes litterarum Graecarum, nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt. Hi si didicerint non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia maiorum institutis iudicari, non admirabuntur nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum secutos. Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio, quippe cum cives eius eodem uterentur instituto. At id quidem nostris moribus nefas habetur. Laudi in Creta ducitur adulescentulis quam plurimos habuisse amatores. Nulla Lacedaemoni vidua tam est nobilis, quae non ad cenam eat mercede conducta. Magnis in laudibus tota fere fuit Graecia victorem Olympiae citari; in scaenam vero prodire ac populo esse spectaculo nemini in eisdem gentibus fuit turpitudini. Quae omnia apud nos partim infamia, partim humilia atque ab honestate remota ponuntur. Contra ea pleraque nostris moribus sunt decora, quae apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? Aut cuius non mater familias primum locum tenet aedium atque in celebritate versatur? Quod multo fit aliter in Graecia. Nam neque in convivium adhibetur nisi propinquorum, neque sedet nisi in interiore parte aedium, quae gynaeconitis appellatur; quo nemo accedit nisi propinqua cognatione coniunctus.

VERSIONE GUIDATA

fore: è la forma secondaria dell'infinito futuro di *esse*; quindi qui equivale a *futuros esse*, da riferire a *nonnullos*;

expertes: attenzione ai «falsi amici»! Il significato del termine non è «esperti», bensì... «inesperti, privi»;

si didicerint ... non admirabuntur: si tratta di un periodo ipotetico in cui viene seguita la cosiddetta legge dell'antiorità: solo se avranno prima imparato che non esiste una regola valida per tutti nel giudicare ciò che è bene e ciò che è male, i lettori dell'opera di Nepote potranno capire come mai l'autore ha seguito il punto di vista dei Greci nel valutare le loro azioni come positive o negative;

secutos: participio perfetto ellittico del verbo *essere* (= *secutos esse*);

quippe cum ... uterentur: si tratta di una proposizione causale. Ricorda poi che *utor* regge il caso ablativo come *fruor, fungor, potior, vescor*;

nefas habetur: ricorda il significato del passivo di *habeo* (ritenere, considerare). *Nefas* è l'opposto di *fas*, ciò che è permesso dalle leggi umane e divine;

laudi ducitur: *adulescentulis*: «viene ascritto a lode dei ragazzi»;

quam plurimos: ricorda l'uso di *quam* davanti a un superlativo: «quanto più»;

nemini ... fuit turpitudini: costruito del doppio dativo, di vantaggio e di fine;

quae omnia: nesso relativo: *et haec omnia*;

Quem ... pudet: costruzione del verbo assolutamente impersonale *pudet, puduit, pudere*, con la persona che si vergogna in accusativo;

in celebritate versatur: di nuovo un falso amico; *celebritas* non vuol dire «celebrità», ma... *Versari* invece significa «trovarsi»;

quo: avverbio di moto a luogo.

●●● FURIO CAMILLO AFFRONTA VITTORIOSAMENTE I VEIENTI E I GALLI CHE MINACCIAANO ROMA

EUTROPIO

Pronomi determinativi, relativi, indefiniti; superlativi; possum; proposizioni relative, comparative ipotetiche, finali, consecutive; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; participio

Post viginti deinde annos Veientani rebellaverunt. Dictator contra ipsos missus est Furius Camillus, qui **primum** eos vicit acie, **mox** etiam civitatem **diu** obsidens cepit, antiquissimam Italiaeque ditissimam. Post eam cepit et Faliscos, non minus nobilem civitatem. Sed commota est ei invidia, **quasi praedam male divisisset**, damnatusque ob eam causam et expulsus civitate. Statim Galli Senones ad urbem venerunt et **victos Romanos** undecimo miliario a Roma apud flumen Alliam **secuti** etiam urbem occupaverunt. **Neque** defendi **quicquam** nisi Capitolium potuit; quod cum diu obsedissent et iam Romani fame **laborarent**, accepto auro ne Capitolium obsiderent, recesserunt. Sed **a Camillo**, qui in vicina civitate exulabat, **Gallis superventum est** gravissimeque victi sunt. Postea tamen etiam secutus eos Camillus ita cecidit, ut et aurum, quod his datum fuerat, et omnia, quae ceperant, militaria signa revocaret. Ita **tertio** triumphans urbem ingressus est et appellatus secundus Romulus, **quasi et ipse patriae conditor**.

MORFOLOGIA	primum ... mox ... diu : avverbi di tempo Neque ... quicquam : <i>et nihil</i> tertio : avverbio
EQUIVALENZE	quasi ... divisisset : <i>quia erat opinio eum ... divisisse</i> quasi et ipse patriae conditor : <i>quasi etiam ipse conditor patriae esset</i>
SINTASSI	victos Romanos ... secuti : <i>Romanos vicerunt et eos secuti sunt</i> a Camillo ... Gallis superventum est : <i>Camillus Gallis supervenit</i>
LESSICO	laborarent < <i>labor</i> (non "lavoro")
DERIVAZIONI	cecidit < <i>caedo, -is, cecidi, caesum, caedere</i>

●●● I GALLI COLPITI DALL' ATTEGGIAMENTO MAESTOSO DEI NOBILI ROMANI

LIVIO

Pronomi; proposizioni causali, finali; fero, composti di eo, verbi deponenti; ablativo assoluto; participio congiunto, gerundio

Galli et quia **interposita nocte** a contentione pugnae remiserant animos et quod nec in **acie ancipiti usquam** certaverant proelio nec tum impetu aut vi capiebant urbem, sine ira, sine ardore animorum ingressi postero die urbem patente Collina porta in forum perveniunt, circumferentes oculos ad templa deum **arcemque solam** belli speciem tenentem. Inde, modico relicto praesidio **ne quis** in dissipatos ex arce aut Capitolio impetus fieret, dilapsi ad praedam **vacuis occursu** hominum viis, pars in **proxima quaeque** tectorum agmine ruunt, pars ultima, velut ea demum intacta et referta praeda, petunt; inde rursus ipsa solitudine absterriti, ne qua fraus hostilis vagos exciperet, in forum ac propinqua foro loca conglobati redibant; **ubi eos**, plebis aedificiis obseratis, patentibus atriis principum, maior prope cunctatio tenebat aperta quam clausa **invadendi**; adeo haud secus quam venerabundi intuebantur in aedium vestibulis sedentes viros, praeter ornatum habitumque humano augustiorem, maiestate etiam quam voltus gravitasque oris prae se ferebat simillimos dis.

Interposita nocte: il brano è ricco di ablativi assoluti; prova a individuarli tutti prima di tradurlo;
Acie ancipiti: che cosa significa l'aggettivo *anceps* in questo caso? Qual è la sua origine etimologica?
Usquam: quando questo avverbio (come anche *umquam*) viene usato nella forma positiva al posto di quella negativa *nusquam*?
Arcemque solam: da che cosa dipende l'accusativo *arcem*? Qual è la funzione logica dell'aggettivo *solam*?
Ne quis: come si giustifica la forma *quis* nella frase? Si tratta di un pronome o di un aggettivo? E di che tipo?

Vacuis ... viis: come si giustifica questo complemento di moto attraverso luogo reso con l'ablativo senza preposizione?
Occursu: da quale termine dipende questo ablativo? Osserva la posizione del sintagma *occursu hominum*, chiuso fra i due termini che formano il sintagma *vacuiis riis*. Il primo va perciò tradotto in relazione al secondo;
Proxima quaeque: qual è la traduzione più opportuna per questo sintagma?
Ubi eos: da quale verbo dipende l'accusativo *eos*?
Invadendi: quale termine regge questo genitivo del gerundio?

4

●●○ GRECI E ROMANI A CONFRONTO

DA CICERONE

Pronomi indefiniti; comparativi e superlativi; genitivo partitivo; videor; proposizioni causali; cum + congiuntivo

Omnium antiquae aetatis populorum maximi atque excultissimi fuerunt Graeci et Romani neque apud ullum populum plures et clariores viri floruerunt. Graeci priores, cum optimarum artium initia invenissent, omnes doctrinas diligentissime perspexerunt; pulcherrimas imagines deorum hominumque sculperunt aut pinxerunt, magnificentissima templa aedificaverunt, iucundissima carmina composuerunt. Carmina Homeri et Hesiodi adhuc legimus maxima cum animi delectatione. Romani autem plus virtutis in bello et sapientiae in rebus civilibus habuerunt. Nullus enim populus potentiores et plures hostes bello devicit aut sapientiores leges constituit et utiliora instituta invenit, nullus plures vias per Europam duxit vel ampliores aquaeductus aedificavit. Suum imperium maximum et iustissimum Romani praedicaverunt, sed superbiore quam veracior videntur, quia crudeliores et dominationis cupidiore fuerunt.

5

●●○ GLI SPARTANI RISPETTANO LA VECCHIAIA

CICERONE

Pronomi dimostrativi, indefiniti, relativi; comparativi; proposizioni infinitive, relative, interrogative indirette; verba dicendi; cum + congiuntivo

Haec enim ipsa sunt honorabilia quae videntur levia atque communia, salutari, adpeti, decedi, adsurgi, deduci, reduci, consuli; quae et apud nos et in aliis civitatibus, ut quaeque optime morata est, ita diligentissime observantur. Lysandrum Lacedaemonium, cuius modo feci mentionem, dicere aiunt solitum Lacedaemonem esse honestissimum domicilium senectutis: nusquam enim tantum tribuitur aetati, nusquam est senectus honoratior. Quin etiam memoriae proditum est, cum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu venisset, magno consessu locum nusquam ei datum a suis civibus; cum autem ad Lacedaemonios accessisset, qui legati cum essent, certo in loco conserant, consurrexisse omnes illi dicuntur et senem sessum recepisse. Quibus cum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex iis quondam Athenienses scire quae recta essent, sed facere nolle.

SOCRATE

CICERONE

Pronomi determinativi, dimostrativi, relativi, indefiniti; verbi deponenti, videor, proposizioni relative, infinitive, finali, consecutive, ipotetiche, comparative; cum + congiuntivo; gerundio, gerundivo

Socrates mihi videtur primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam et ad vitam communem adduxisse, ut de virtutibus et vitis omninoque de bonis rebus et malis quaereret, caelestia autem vel procul esse a nostra cognitione censeret, vel si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene vivendum. Hic in omnibus fere sermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt, perscripti varie copioseque sunt, ita disputat, ut nihil adfirmet ipse, refellat alios; nihil se scire dicat nisi id ipsum; eoque praestare ceteris, quod illi, quae nesciant, scire se putent: ipse, se nihil scire, id unum sciat; ob eamque rem se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quod haec esset una omnis sapientia, non arbitrari se scire, quod nesciat. Quae cum diceret constanter et in ea sententia permaneret, omnis eius oratio tantum in virtute laudanda et in hominibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur, ut e Socraticorum libris maximeque Platonis intellegi potest.

I GRECI E LA DIVINAZIONE

DA CICERONE

Pronomi determinativi, indefiniti, relativi, interrogativi; possum, verbi estimati, verbi deponenti; proposizioni infinitive, relative proprie e improprie, incidentali, finali; cum + congiuntivo

Vetus opinio est iam usque ab heroicis ducta temporibus, eaque et populi Romani et omnium gentium firmata consensu, **versari** quandam inter homines divinationem, quam Graeci mantikén appellant, id est praesensionem et scientiam rerum futurarum. Magnifica quaedam res et salutaris, si modo est ulla, qua proxime ad deorum vim natura mortalis possit accedere. Itaque **ut alia multa nos melius quam Graeci**, sic huic praestantissimae rei nomen nostri a divis, Graeci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt. Gentem quidem nullam video neque tam humanam atque doctam neque tam immanem tamque barbaram, **quae non significari futura et a quibusdam intellegi praedicique posse censeat**. Principio Assyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam, propter planitiam magnitudinemque regionum quas incolebant, cum caelum ex omni parte patens atque apertum **intuerentur**, traiectiones motusque stellarum **observitaverunt**. Eandem artem etiam **Aegyptii** longinquitate temporum innumerabilibus paene saeculis **consecuti putantur**. Quam vero Graecia coloniam misit in Aeoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam sine Pythio aut Dodonaeo aut Hammonis oraculo? Aut quod bellum susceptum ab ea sine consilio deorum est?

LESSICO

versari: esse, morari

intuerentur, observitaverunt: intensivi da *tueor* e *observo*

SINTASSI

ut alia multa nos melius quam Graeci: *ut nos (facere/putare solemus) alia multa melius quam (facere/putare solent) Graeci*

quae ... censeat: *ut censeat*

Aegyptii ... consecuti putantur: *Aegyptii putantur consecuti esse*

CONSUETUDINI DEI GERMANI

CESARE

Usi del relativo, composti di fero, verbi che reggono il dativo, relative, infinitive, causali, ablativo assoluto

Germani multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque druides habent, **qui** rebus divinis **praesint**, neque **sacrificiis student**. Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus **iuvantur**, Solem et Vulcanum et Lunam, reliquos **ne** fama **quidem** acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit: ab parvulis labori ac duritiae student. Qui diutissime im- puberes permanserunt, maximam inter suos **ferunt** laudem: **hoc alii** staturam, **alii vires** nervosque confirmari putant. Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus; **cuius rei** nulla est occultatio, **quod** et promiscue in fluminibus per- luuntur et pellibus aut parvis renonum tegimentis **utuntur magna** corporis **parte nuda**.

RIFLETTIAMO SUL TESTO

qui ... praesint: relativa impropria con valore causa- le, finale o consecutivo?

sacrificiis student: cerca sul vocabolario *studeo* + dativo;

ducunt: attenzione al significato del verbo *duco* in questo contesto. Non significa «condurre». Come lo traduci?

iuvantur: come è costruito il verbo *iuvere*?

ne ... quidem: qual è il significato di questo lemma, le cui parti sono sempre separate da almeno un termine?

ferunt: qual è il significato di *fero* in questo conte- sto?

hoc: nominativo sing. neutro o ablativo sing. ma- schile?

alii ... alii: quale funzione ha il pronome *alii* in cor- relazione con se stesso?

vires: si tratta del plurale di *vir* o di *vis*?

habent: qui non ha il significato di “avere”, ma...

cuius rei: qual è la funzione di questo nesso relati- vo? Come va tradotto?

quod: pronome relativo o congiunzione subordi- nante causale?

utuntur: ricordi come si costruisce il verbo *utor*?

magna ... parte nuda: che cosa manca in questo ablativo assoluto?

PERCHÉ I GERMANI NON HANNO POSSEDDIMENTI PROPRI NÉ STABILI

CESARE

Pronomi determinativi, indefiniti, relativi; numerali distributivi; videor; interrogative indirette, finali, relative, cum + congiuntivo, gerundivo, participio congiunto

Agriculturae non student, maiorque pars eorum victus in lacte, caseo, carne consistit. **Neque quisquam** agri modum certum aut fines habet proprios; sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui una coierunt, **quantum et quo loco visum est agri** attribuunt atque anno post alio transire cogunt. Eius rei multas adferunt causas: ne adsidua consuetudine capti studium belli gerendi agricultura commutent; ne latos **fines** parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora atque aestus **vitandos** aedificent; ne **qua** oriatur pecuniae cupiditas, **qua ex re** factiones dissensionesque nascuntur; ut animi ae- quitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari videat.

Neque quisquam: = *et nemo*. Ricorda che un pronome, aggettivo o avverbio indefinito, preceduto da una negazione assume la forma positiva. Per esempio, al posto di *et numquam* il latino come dice? E al posto di *et nulla res*?

quantum et quo loco visum est agri: = *quantum agri visum est et quo loco*; che funzione assolve il genitivo *agri* dopo il pronome neutro *quantum*?

Fines: ricorda che il sostantivo *finis*, *-is* presenta significati diversi seconda che sia usato al singolare o al plurale; non solo: anche al plurale le

accezioni fondamentali sono due, da non confondere tra loro. Quali sono?

ad ... vitandos: di che tipo di proposizione si tratta? Si sarebbe potuto usare qui il costrutto del gerundio?

qua: = *aliqua*. Quando il pronome indefinito *aliquis* e il suo aggettivo *aliqui*, *aliqua*, *aliquid* assumono la forma *quis*, *quid* e *qui*, *qua*, *quod*?

qua ex re: la struttura, molto frequente in Cesare, utilizza una funzione particolare del pronome relativo. Quale?

10

●● SPIRITO BELLICO DEI GERMANI E SENSO DELL'OSPITALITÀ

CESARE

Dativo di possesso, pronomi indefiniti, dimostrativi, relativi; usi dell'infinito; infinitive, temporali, relative, finali; ablativo assoluto, gerundio, participio congiunto

Civitatibus maxima laus est **quam latissime** circum se vastatis finibus solitudines habere. **Hoc** proprium virtutis **existimant**, expulsos agris finitimos cedere, **neque quemquam** prope audere consistere; simul hoc se fore tutiores arbitrantur repentinae incursionis timore sublato. Cum bellum civitas aut illa tum defendit aut infert, magistratus, **qui** ei bello **praesint**, ut vitae necisque habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controversiasque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt, atque ea iuventutis **exercendae ac desidiae minuendae causa** fieri praedicant. Atque ubi quis ex principibus in concilio **dixit** se ducem fore, qui sequi velint, **profiteantur**, consurgunt ei qui et causam et hominem probant suumque auxilium pollicentur atque ab multitudine collaudantur: qui ex his secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur, omniumque his rerum postea fides derogatur. Hospitem violare fas non putant; qui quacumque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent, sanctos habent, hisque omnium domus patent victusque communicatur.

RIFLETTIAMO SUL TESTO

Quam latissime: che valore assume *quam* prima di un avverbio di grado superlativo?

Hoc ... existimant: il verbo regge una infinitiva ellittica del verbo *esse*; qual è la funzione di *hoc* rispetto alle due proposizioni successive?

Neque quemquam: che valore ha un pronome, aggettivo o avverbio indefinito, preceduto da una negazione?

Qui ... praesint: che valore ha il congiuntivo in questa relativa? Quale caso reggono solitamente i composti di *sum*?

Exercendae ac desidiae minuendae causa: di che tipo di proposizione si tratta? Si sarebbe potuto usare anche il costrutto del gerundio?

Dixit: perfetto iterativo: come devi tradurre?

Profiteantur: come si spiega questo congiuntivo?

11

●● CONFRONTO TRA GALLI E GERMANI

CESARE

Ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, ultro bella inferrent, propter hominum multitudinem agrisque inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea quae fertilissima Germaniae sunt loca circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et quibusdam Graecis fama notam esse video, quam illi Orcyniam appellant, Volcae Tectosages occupaverunt atque ibi consederunt; quae gens ad hoc tempus his sedibus sese continet summamque habet iustitiae et bellicae ▶▶

Pronomi indefiniti, determinativi, relativi, dimostrativi; temporali, relative, causali, infinitive; participio congiunto

12

LA SELVA ERCINIA

CESARE

Pronomi dimostrativi, relativi; possum, videor, verbi difettivi; relative, infinitive, interrogative indirette; ablativo assoluto, cum + congiuntivo; gerundivo

laudis opinionem. Nunc quod in eadem inopia, egestate, patientia qua Germani permanent, eodem victu et cultu corporis utuntur; Gallis autem provinciarum propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usus largitur, paulatim adsuefacti superari multisque victi proeliis ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.

Huius Hercyniae silvae, quae supra demonstrata est, latitudo novem dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum finibus rectaque fluminis Danubi regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium; hinc se flectit sinistrorsus diversis ab flumine regionibus multarumque gentium fines propter magnitudinem adtingit; neque quisquam est huius Germaniae, qui se aut adisse ad initium eius silvae dicat, cum dierum iter LX processerit, aut, quo ex loco oriatur, acceperit: multaque in ea genera ferarum nasci constat, quae reliquis in locis visa non sint; ex quibus quae maxime differant ab ceteris et memoriae prodenda videantur haec sunt.

EQUIVALENZE	Quae supra demonstrata est: <i>de qua supra diximus</i> Finiri: <i>metiri</i> Sinistrorsus: <i>in sinistram partem</i> Huius Germaniae: <i>huius partis Germaniae</i> Constat: <i>omnes sciunt</i>
MORFOLOGIA	expedito: dativo sostantivato
LESSICO	oritur: <i>surgit</i> finibus: non confini ma territorio
DERIVAZIONI	hinc: avverbio di moto da luogo da <i>hic</i> adtingit: da <i>ad + tango</i>
SINTASSI	quo ex loco: <i>et ex eo loco</i>

13

LA RENNA E LE ALCI

CESARE

Pronomi relativi, dimostrativi, determinativi, indefiniti, riflessivi; possum; dat. di possesso; relative, ipotetiche, temporali, interrogative indirette, consecutive

Est bos cervi figura, cuius a media fronte inter aures unum cornu existit excelsius magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus: ab eius summo sicut palmae rami que late diffunduntur. Eadem est feminae marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum. Sunt item, quae appellantur alces. Harum est consimilis capris figura et varietas pellium, sed magnitudine paulo antecedunt mutilaeque sunt cornibus et crura sine nodis articulisque habent neque quietis causa procumbunt neque, si quo adflictae casu conciderunt, erigere sese aut sublevare possunt. His sunt arbores pro cubilibus: ad eas se applicant atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt. Quarum ex vestigiis cum est animadversum a venatoribus, quo se recipere consuerint, omnes eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidunt arbores, tantum ut summa species earum stantium relinquatur. Huc cum se consuetudine reclinaverunt, infirmas arbores pondere adfligunt atque una ipsae concidunt.

●● GLI URI

CESARE

Pronomi determinativi, relativi, dimostrativi; possum; relative, ablativo assoluto, participio congiunto

Tertium est genus eorum, qui uri appellantur. Hi sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie et colore et figura tauri. Magna vis eorum est et magna velocitas, neque homini neque ferae quam conspexerunt parcunt. Hos studiose foveis captos interficiunt. Hoc se labore durant adulescentes atque hoc genere venationis exercent, et qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed adsuescere ad homines et mansuefieri ne parvuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum boum cornibus differt. Haec studiose conquisita ab labris argento circumcludunt atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.

●● LA BRITANNIA: POPOLI E RISORSE

DA CESARE

Pronomi relativi, determinativi, dimostrativi, indefiniti; comparativi e superlativi; verbi deponenti, composti di eo e di fero; proposizioni infinitive, relative, finali; ablativo assoluto; gerundivo.

Britanniae pars interior ab eis incolitur quos natos in insula ipsi dicunt, maritima ab eis, qui **praedae ac belli inferendi causa** ex Belgio transierunt (qui omnes fere eis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt) et bello illato ibi permanserunt atque agros colere coeperunt. Hominum est infinita multitudo creberrimaque **aedificia fere Gallicis consimilia**, pecorum magnus numerus. **Utuntur aut aere aut nummo aureo aut taleis** ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum, sed eius exigua est copia; aere utuntur importato. Materia cuiusque generis ut in Gallia est, praeter fagum atque abietem. Leporem et gallinam et anserem gustare **fas** non putant; haec tamen alunt **animi voluptatisque causa**. Loca sunt temperatiora quam in Gallia, **remissioribus frigoribus**.

SINTASSI

praedae ac belli inferendi causa: *ut praedas ac bellum inferrent*

aedificia fere Gallicis consimilia: *aedificia consimilia Gallorum aedificiis*

remissioribus frigoribus: *quia frigora remissiora sunt*

MORFOLOGIA

Utuntur aut aere aut nummo aureo aut taleis: *utor+ablativo*

animi voluptatisque causa: *compl. di fine*

LESSICO

fas: *licitum pro divinis et humanis legibus*

●● DESCRIZIONE DELLA BRITANNIA: POSIZIONE E CLIMA

CESARE

Insula natura triquetra, cuius unum latus est contra Galliam. Huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo fere omnes ex Gallia naves appellantur, ad orientem solem, inferior ad meridiem spectat. Hoc pertinet circiter mila passuum quingenta. Alterum vergit ad Hispaniam atque occidentem solem; qua ex parte est Hibernia, dimidio minor, ut aestimatur, quam Britannia, sed pari spatio transmissus atque ex Gallia est in Britanniam. In hoc medio cursu est insula, quae appellatur Mona: complures praeterea minores subiectae insulae existimantur, de qui- ➤

Pronomi relativi, determinativi, dimostrativi, indefiniti; numerali; comparativi; verba existimandi; proposizioni relative, infinitive, comparative, incidentali

bus insulis nonnulli scripserunt dies continuos triginta sub bruma esse noctem. Nos nihil de eo percontationibus reperiebamus, nisi certis ex aqua mensuris breviores esse quam in continenti noctes videbamus. Huius est longitudo lateris, ut fert illorum opinio, septingentorum milium. Tertium est contra septentriones; cui parti nulla est obiecta terra, sed eius angulus lateris maxime ad Germaniam spectat. Hoc milia passuum octingenta in longitudinem esse existimatur. Ita omnis insula est in circuitu vices centum milium passuum.

17

●●○ ALCUNE ABITUDINI DEI BRITANNI

DA CESARE

Pronomi dimostrativi, determinativi, relativi, indefiniti; comparativi, superlativi, numerali; composti di fero, habeor, verbi deponenti; proposizioni relative

Ex his omnibus longe sunt humanissimi qui Cantium incolunt, quae regio est maritima omnis, neque multum a Gallica differunt consuetudine. Interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne vivunt pellibusque sunt vestiti. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque hoc horridiores sunt in pugna aspectu; capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasa praeter caput et labrum superius. Uxores habent deni duodenique inter se communes et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis; sed qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, quibus primum virgo quaeque deducta est.

18

●●○ LA POSIZIONE DELL'INDIA E I SUOI FIUMI

CURZIO RUFO

Pronomi relativi, determinativi, dimostrativi, indefiniti; comparativi; proposizioni relative, causali; participio presente, perfetto, futuro; supino passivo

Benché Curzio Rufo racconti le imprese di Alessandro Magno, il suo sguardo nei confronti delle numerose popolazioni che il re macedone incontra durante il suo cammino di conquista è tipicamente romano, di chi giudica usi e costumi insoliti sulla base dei valori propri del mos maiorum.

India tota ferme spectat orientem, minus in latitudinem quam recta regione spatiosa. Quae austrum accipiunt, in altius terrae fastigium excedunt; plana sunt cetera, multisque inclitis amnibus Caucaso monte ortis placidum per campos iter praebent. Indus gelidior est quam ceteri; aquas vehit a colore maris **haud** multum **abhorrentes**. Ganges omnium ab Oriente fluvius eximius a meridiana regione decurrit, et magnorum montium iuga recto alveo stringit; inde eum **obiectae** rupes inclinant ad orientem. Uterque **Rubro mari** accipitur. Indus ripas multasque arbores cum magna soli parte exorbet, saxis quoque inpeditus, **quis** crebro reverberatur; ubi mollius solum reperit, stagnat insulasque molitur. Acesines eum auget; Ganges [flumen] **decursurum** in mare intercipit, magnoque motu amnis uterque colliditur, quippe Ganges asperum os influenti obicit, nec **repercussae** aquae cedunt. Diardines minus celebrer auditu est, quia per ultima Indiae currit; ceterum non crocodillos modo, uti Nilus, sed etiam delphinos ignotasque aliis gentibus beluas alit. Multis praeter hos amnibus tota regio dividitur, sed **ignobiles, quia non adeuntur**, fluunt.

India tota ferme spectat orientem: se conosci l'*incipit* del *De bello gallico*, quali analogie e quali differenze rilevi?

recta regione: a quale altra espressione, che puoi ricavare dal precedente, in *latitudinem* corrisponde questo sintagma?

Quae: et hae terrae. Come si chiama questo uso particolare del pronome relativo?

Haud: è una negazione, che di solito presenta una sottile differenza rispetto a *non*: quale?

Abhorrentes: il verbo *abhorre* non ha qui il primo significato di «detestare», ma si avvicina al senso di *differre*, come si capisce dal contesto.

Obiectae: che valore ha questo participio perfetto? Lo puoi sciogliere in una frase subordinata?

Rubro mari: si tratta in realtà dell'Oceano Indiano. Come si spiega il dativo?

Quis: a quale forma meno insolita di *qui, quae, quod* corrisponde questo pronome?

Decursurum: questo participio futuro si riferisce al nome di un altro fiume, che nel testo di Curzio Rufo è andato perso. Come lo puoi tradurre?

Repercussae: ha valore concessivo: *etsi repercussae sunt*.

Ignobiles: attenzione ai «falsi amici». Il termine non vuol dire «ignobili». Che cosa significa?

quia non adeuntur: il passivo di *adeo* ha qui il significato di «essere accessibile».

19

CLIMA, ANIMALI E RICCHEZZE DELL'INDIA

CURZIO RUFO

Pronomi relativi, determinativi, dimostrativi, indefiniti; comparativi; proposizioni consecutive, temporali, interrogative indirette, infinitive; gerundivo

Ceterum, quae propiora sunt mari, aquilone maxime deurrunt; is cohibitus iugis montium ad interiora non penetrat, ita **alendis frugibus** mitia. Sed adeo in illa plaga mundus stas temporum vices mutat, ut, cum alia fervore solis exaestuant, Indiam nives obruant, rursusque, ubi cetera rigent, **illic** intolerandus aestus existat; nec, cur verterit se natura, **cernitur** causa. Mare certe, **quo** adluitur, ne colore quidem **abhorret** a ceteris; ab Erythro rege inditum est nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Terra lini ferax; inde plerisque sunt vestes. Libri arborum teneri, **haud secus quam chartae**, litterarum notas capiunt. Aves ad imitandum humanae vocis sonum dociles sunt, animalia invisitata ceteris gentibus, nisi invecta. Eadem terra rhinocerotas alit, non generat. Elephantorum maior est vis **quam quos** in Africa domitant, et viribus magnitudo respondet. Aurum flumina vehunt, quae leni modicoque lapsu segnes aquas ducunt. Gemmas margaritasque mare litoribus infundit; neque alia illis maior opulentiae causa est, utique postquam vitiorum commercium vulgare in exteras gentes: quippe aestimantur purgantia exaestuantis freti pretio, quod libido constituit.

SINTASSI	alendis frugibus: <i>ad alendas fruges, ut fruges alant</i> Quam quos: <i>quam elephantorum quos</i>
MORFOLOGIA	illic: avverbio di stato in luogo da <i>ille</i> Quo: avverbio di moto a luogo che corrisponde a quello di stato in luogo <i>ubi</i>
EQUIVALENZE	cernitur: <i>intellegitur</i> abhorret: <i>differt</i> haud secus quam chartae: <i>similes chartis</i>

COSTUMI DEGLI INDIANI E DEI LORO RE

CURZIO RUFO

Pronomi dimostrativi, relativi, determinativi, indefiniti; fero, doceo, verbi deponenti; proposizioni relative, comparative, temporali

Ingenia hominum, sicut ubique, apud illos locorum quoque situs format. Corpora usque pedes carbaso velant; soleis pedes, capita linteis vinciunt; lapilli ex auribus pendent; brachia quoque et lacertos auro colunt, quibus inter populares aut nobilitas aut opes eminent. Capillum pectunt saepius quam tondent, mentum semper intonsum est; reliquam oris cutem ad speciem levitatis exaequant. Regum tamen luxuria, quam ipsi magnificentiam appellant, super omnium gentium vitia. Cum rex semet in publico conspici patitur, turibula argentea ministri ferunt, totumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus complent. Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat; distincta sunt auro et purpura carbaso quae indutus est; lecticam sequuntur armati corporisque custodes. Inter quos ramis aves pendent, quas cantu seriis rebus obstrepere docuerunt. Regia auratas columnas habet: totas eas vitis auro caelata percurrit, aviumque, quarum visu maxime gaudent, argenteae effigies opera distinguunt.

VITA DEI RE INDIANI NELLA REGGIA

CURZIO RUFO

Pronomi relativi, indefiniti, determinativi; comparativi; verbi deponenti, composti di sum e di fero; proposizioni temporali, relative, finali; ablativo assoluto; participio presente e perfetto

Regia adeuntibus patet, cum capillum pectit atque ornat: tunc responsa legationibus, tunc iura popularibus reddit. Dempitis soleis, odoribus inlinuntur pedes. Venatus maximus labor est inclusa vivario animalia inter vota cantusque pelicum figere. Binum cubitorum sagittae sunt, quas emittunt maiore nisu, quam effectu; quippe telum, cuius in levitate vis omnis est, inhabili pondere oneratur. Breviora itinera equo conficit: longior ubi expeditio est, elephantum vehunt currum, et tantarum beluarum corpora tota contegunt auro. Ac, ne quid perditis moribus desit, lecticis aureis pelicum longus ordo sequitur: separatim a reginae ordine agmen est, aequatque luxuriam. Feminae epulas parant; ab isdem vinum ministratur, cuius omnibus Indis largus est usus. Regem mero somnoque sopitum in cubiculum pelices referunt patrio carmine noctium invocantes deos.

RELIGIONE E SCIENZA PRESSO GLI INDIANI

CURZIO RUFO

Pronomi dimostrativi, relativi, indefiniti; numerali; verba iubendi, dicendi; licere, videre; congiuntivo indipendente; proposizioni infinitive, relative, temporali

Quis credat inter haec vitia curam esse sapientiae? Unum agreste et horridum genus est, quod sapientes vocant. Apud hos, occupare fati diem pulchrum; et vivos se cremari iubent, quibus aut segnis aetas aut incommoda valetudo est. Expectatam mortem pro dedecore vitae habent, nec ullus corporibus, quae senectus solvit, honos redditur: inquinari putant ignem, nisi qui spirantes recipit. Illi, qui in urbibus publicis moribus degunt, siderum motus scite spectare dicuntur et futura praedicere; nec quemquam admovere leti diem credunt, cui expectare interrito liceat. Deos putant, quidquid colere coeperunt, arbores maxime, quas violare capital est. Menses in quinos denos discriperunt dies; anni plena spatia servantur. Lunae cursu notant tempora, non, ut plerique, cum orbem sidus inplevit, sed cum se curvare coepit in cornua; et idcirco breviores habent menses, quia spatium eorum ad hunc lunae modum dirigunt. Multa et alia traduntur, quibus morari ordinem rerum haud sane operae videbatur.

●●● **PROBABILI ORIGINI DEI GERMANI**

TACITO

Pronomi determinativi, indefiniti, interrogativi; composti di eo; proposizioni relative, causali, comparative, consecutive; congiuntivo indipendente, periodo ipotetico

Ipsos Germanos indigenas crediderim minimeque aliarum gentium adventibus et hospitibus mixtos, quia nec terra olim, sed classibus advehantur qui mutare sedes quaerebant, et inmensus ultra utque sic dixerim adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur. Quis porro, praeter periculum horridi et ignoti maris, Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam caelo, tristem cultu ad spectuque, nisi si patria sit? Ceterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint: ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox etiam a se ipsis, invento nomine Germani vocarentur.

●●● **PARAGONE TRA ANNIBALE E IL POPOLO ROMANO**

NEPOTE

Pronomi determinativi, indefiniti, dimostrativi; videor, possum; proposizioni ipotetiche, incidentali, complete, infinitive, comparative, temporali, dichiarative, consecutive; perifrastica passiva, cum + congiuntivo

Hannibal, Hamilcaris filius, Carthaginiensis. Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superaret, non est infitandum Hannibalem tanto praestitisse ceteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedit fortitudine cunctas nationes. Nam quotienscumque cum eo congressus est in Italia, semper discessit superior. Quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset, Romanos videtur superare potuisse. Sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem. Hic autem velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos sic conservavit, ut prius animam quam id deposuerit, qui quidem, cum patria pulsus esset et alienarum opum indigeret, numquam destiterit animo bellare cum Romanis.

●●● **ANNIBALE GIURA AL PADRE ODIO ETERNO CONTRO ROMA**

NEPOTE

Pronomi personali, determinativi, riflessivi, indefiniti; nesso relativo; proposizioni temporali, interrogative indirette, complete, relative, infinitive, consecutive, dubitative; ablativo assoluto, cum + congiuntivo, periodo ipotetico; participio

Pater meus Hamilcar puerulo me, utpote non amplius VIII annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens Carthagine, Iovi optimo maximo hostias immolavit. Quae divina res dum conficiebatur, quaesivit a me vellemne secum in castra proficisci. Id cum libenter accepissem atque ab eo petere coepissem ne dubitaret ducere, tum ille "Faciam", inquit "si mihi fidem, quam postulo, dederis". Simul me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat, eamque ceteris remotis tenentem iurare iussit numquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego ius iurandum patri datum usque ad hanc aetatem ita conservavi, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus.